

inchoaridum triennium: licet enim non de iure, de facto tamen officium exercuit, et si præterea triennium expletar, verificatur de illo ultra triennium in officio perdurasse, & ita contra dispositionem Pontificis penas incursum egiisse.

Specialis difficultas circa illam exprobabiliter coniectura jam facta.

68 Dubitari tamen circa hoc potest an si à Provinciali pro facienda renuntiatione sit scriptum, & juxta ordinarium tabellarij cursum, jam nunc facta verosimiliter creditur, possit superior ut talem se gerere, & talis ab aliis ad actus haberi legitimos, vt E. g. in Congregationem Provincialis admitti; & pars affirmans probabilis visa est quibusdam, quia juxta ea, quia moraliter semper accidunt, solet judicari, & ita factum debet credi, quod semper fit, licet raro contrarium possit evenire. Sic enim communis sententia firmat Iuri innixa. Cap. 1. de Clerico non residenti. L. Ideoq. D. de legibus. Vbi Glossa. Et L. Neque natales. Vbi Bartholus, Salicetus, & alii, ex quibus Marius Antonius Lib. 2. variarum, Resolut. 43. num. 8. Pro quo & facit sententia P. Henriquez, Villalobos, & aliorum, quam probabilem, & tutam in praxi putat Diana Parte 1. Tractat. 11. Resolut. 90. afferentium eum, qui scit patrem vel amicum quolibet anno sumere illi Bullam, posse eā vti, antequām certior de illius factus fuerit summatione. Et certe valde verosimilis talis sententia apparer quando raro contrarium accidit: in casu autem contingentiā mīhi oppositum penitus placuit; quia in Indiis, vbi magna locorum distanția est, & tabellarij ludi; vix quidquam certum circa diem traditionis litterarum, haberri potest, vnde renuntiatio prorsus reddebatur incerta; cū tamen ius ad Congregationem in alio certum esset, nec possit certum ab incerto superari; vt est constans omnium scribentum doctrina ex Iure utroque, & manifesta petita ratione.

Dubium aliud circa rationē pro extraordinaria renuntiatione.

69 Vbi & aliud dubium occurrit circa facultatem datum Provincialibus, vt possint renuntiationem in loco sibi bene viso facere. An scilicet quāvis ratio sufficiat ad extraordinarium dictum renuntiationis modum. Et sic exemplum in casu adducto Rectoris in eo Collegio renuntiati, vbi habenda est Congregatio, vt scilicet ius suffragij in illā habeat, cū nequeat certa haberri notitia renuntiationis in proprio Collegio facta. Circa quod aliqui Provincialis voluntari conviuentes fieri posse judicarunt. Sed mihi oppositum visum est omnino veritati conforme; quia tunc facultas extraordinaria renuntiationis Provinciali conceditur, cū res viget, & impedimenta graui concurrunt: in calu autem dicto nihil vigebat, quia nulla erat necessitas ut talis designatus in Congregationem admitteretur, in quā jus suffragij ob antiquitatem habebat, qui officio illo fuerat immediate perfundens, & de rebus ad Collegium spectantibus poterat opportunitas agere, in quo dum esset, circa tractanda in Congregatione consultationes fuerat, qua facienda Rectoribus ante Congregationem talem iniunguntur. Et vt prædecessor non adstaret, ratio illa pro admissione in Congregationem valde videtur infirma: quandoquidem Congregatio generalis duas tantum cauſas impedimenti posuit, bellum scilicet, & pestilentiam: nec generanter aliud disposuit, vt contingere solet, adducta clausula, & similes, vel, aliae. Non inficior, etiam

Expresso aliquorum causum similes non excludit.

cū non adduntur clausulae huiusmodi probabilem esse Doctorum sententiam, qui extensioni esse locum affirmant, etiam addatur particula taxativa: addunt tamen debere esse ad casus similes, vt videri potest apud P. Thomam Sancium in Opere Morali, Lib. 6. Cap. 15. num. 37. Atqui casus admissionis ad Congregationem non est similis, quia nihil est quod impedit renuntiationem ordinario modo fieri, vt in duobus assignatis, vnde dissimilis prorsus est: ergo non debet data facultas pro alijs ad illum extendi. Iuxta hunc ergo casum sunt alij decidendi, neque Provinciales suam debent extenderi potestatem, quorum gubernatio juxta Societatis mentem scriptis debeat maturissimis conformari.

S. VI.

Quinam superiores Constitutionis vinculo constringantur, & que in eadem officia inueniantur comprehensa.

70 **N**ominati specialiter Provinciales, Visitatores, Propositi, Rectores, Superioriores, Vice-Rectores, & alij Officiales jurisdictionem & superioritatem habentes, quomodolibet nunquam probabilem, & tutam in praxi putat Diana Parte 1. Tractat. 11. Resolut. 90. afferentium eum, qui scit patrem vel amicum quolibet anno sumere illi Bullam, posse eā vti, antequām certior de illius factus fuerit summatione. Et certe valde verosimilis talis sententia apparer quando raro contrarium accidit: in casu autem contingentiā mīhi oppositum penitus placuit; quia in Indiis, vbi magna locorum distanția est, & tabellarij ludi; vix quidquam certum circa diem traditionis litterarum, haberri potest, vnde renuntiatio prorsus reddebatur incerta; cū tamen ius ad Congregationem in alio certum esset, nec possit certum ab incerto superari; vt est constans omnium scribentum doctrina ex Iure utroque, & manifesta petita ratione.

Superiores, & officia, in quibus currit aperiētē decisiōnē, &c.

71 An autem Seminariorum superiores eodem debeant jure censi, dubitatum quidem est, & pars affirmans praxi inuolabili comprobata his in partibus ob generalitatē verborum, qui bus omnes superioritatem & jurisdictionem habentes.

Circa Seminariorū superiores, difficultas, & arguitur.

bentes implicentur: Seminariorum enim Rectores superioritatem habere non solum respectu alumnorum secularium, sed etiam eorum, qui de Societate ibidem degunt, eorumdem curam habituri. Jurisdictionem etiam exercent, quia corrigeri possunt prefatos omnes, & correctio jurisdictionis genus est, vt ex Cap. Ea qua, de statu Monachorum, colligit Barbola in Collectaneis ad ciuitatum Caput. Licer autem jurisdictione hæc ad forum animæ non spectat, quia sub censoria præcipere nequeunt; id certe non videtur obstat; quia jurisdictione in foro externo vera jurisdictione est: & Rectores etiam Collegiorum impositio Centuriarum prohibetur: quod fieri posse docet P. Suarez Tomo 4. de Religione, Tractat. 8. Lib. 2. Cap. 9. num. 4. Quamvis omnino certum haberi debeat validam futuram Censuram, quia de Iure competit, & simplex prohibito nequit actum alias licitum, reddere nullum, juxta receplissimam scriptorum doctrinam.

72 Nihilominus superiores dicti non sunt confundi in Constitutionis catalogo comprehensi. Quod quidem R. P. Generalis ita declarauit, qui & mente Pontificis habere perspectam potuit, & ex tenore Constitutionis eiusdem satis verosimiliter coniectare. Et in primis intentio Pontificis ad hoc non videtur collimasse, qui viris pietate & doctrinā insignibus fauere voluit, vt ciuidem verba manifestant: ad munera autem praedicta non solent tales eligi, vt experientia compertum habetur. Deinde: Pontifex non disponit circa illos, qui superioritatem tantum habent, ad quod satis est supra alios esse, & eorum aliquam curam gubernatiū habere: sed jurisdictionem præterea exigit, quæ verè talis sit in genere Ecclesiastice jurisdictionis, quæ est duplex, scilicet in foro anime ad absolutione peccatorū, & in foro exteriori ad coercēdū spiritualibus peccatis, & etiā corporalibus præcipiendo cum obligatione in conscientiā, dispensandi &c. quæ quidem non fundantur in voto obedientie, sed in communicatione a supremo Prälatō, in quo est totius Ecclesiastice jurisdictionis origo. In Rectoribus autem Seminariorum & Residentiarum, quæ sunt ex iis, de quibus dictum num. 70. praedicta jurisdictiones non sunt: vnde licet superiores dici possint, non tamen Ecclesiastici Prälati. Qui præterea jurisdictionem propriè non habere secundum receptum loquendi vīsum, ex eo probantur, quia talis jurisdictione aut ordinaria est aut delegata. Sed non primum; quia illa habetur a liture ratione officij: quod tamen hic non habet locum, quia officium tale non est ex iis, quibus possunt, quam Ius Prälatis conferri, possit adaptari; illis namque tantum confertur, qui quasi Episcopale dignitatem habent, quatenus exercere actus possunt erga subditos, qui proprii Episcopis esse solent: pro quo videndus P. Suarez supra, Cap. 2. num. 10. & seqq. Item. Officium tale est sub officio, quod insimum censetur in ordine Prälatorum, scilicet superiorum localium, de quibus tantum disponunt leges Canonicae: ergo non habent jurisdictionem ordinariam. Præterea Superiores Prälati, ad quos talium officiorum prouisio spectat, ita ea distribuunt, vt valde alii dissimilia reputent: vnde Rectores tales Rectoribus Collegiorum subiiciunt, aut ab eorum iu-

Duplex illa.

Et vñerius ex defectu jurisdictionis.

73 Potest insuper positio ista probari: nam licet negari nequeat Rectores dictos esse aliquando superiores, cū supra alios sint quos gubernant, & quibus illi obedire tenentur; non tamē hucus declaratum est esse proprios Societatis, ad quos scilicet ea spectent, quae de superioribus in eius Instituto dicuntur, sicut expressum videtur Ministrum esse superiorē, & etiam subministrum. Pro quo est Regula 1. & ultima subministri. Vnde cuius in Congregar. 7. Decreto 45. statutum sit, si quis Fratrum diceret Ministro aliquid iubenti, licet non cum præcepto, Nolo facere, casum esse reservatum; de dicente tamen Rectori Seminarij tale quid non extat: non ergo ex eo solum quod jurisdictionem absoluē non habent, sed quia superiores proprii Societatis non sunt, non debent intelligi in Constitutione præfata comprehensi. Vnde neque in Congregationem Provincialē admittuntur, quod ostendit absolutē non esse Prälatos, licet nomine Rectorum gaudent, cū debeat Collegiorum admitiri Rectores; vt constat ex formula Congregationis Provincialis. §. 4.

74 Sed vt veri superiores sint, cū tamen jurisdictionem non habeant, inde etiam debent non comprehendendi: Ponifex namque requirit verbis illis, jurisdictionem, & Superioritatem habentes. Particula enim, & copulatiū explicanda est: quando enim ponitur inter dito, quorum vnum alteri inest, ambo in vnum resoluntur: vt cum alius tradit Barbola Dictione 92. Particula, num. 6. & 7. & Marius Antonius Lib. 1. varia. & quam Resolut. 7. num. 7. Jurisdictione autem superioritati habent inest, quia de jurisdictione absolutē sumpta, & vim in exteriori etiam foro sermo est, quæ sine superioritate non stat: licet enim non omnis superior jurisdictionem habeat, iuxta dicta; omnis autem jurisdictionem habens, superior est.

75 Iam ex dictis, num. 73. circa Ministros videtur colligi illos Constitutione Pontificia non comprehensos. Pro quo & facit Pontificem in designatione officiorum Ministeria nominare; non videtur autem quale aliud esse possit officium, cui hoc nomen conuenientius valeat adaptari. Et ita quidem iudicatum aliquando, ac de illo consulitus Pontifex dicitur respondisse: Theologos habent. Iuxta illorum ergo satis verosimile iudicium sanctæ memorie R. P. Generalis Vincen- tius Carrala Anno 1647. non comprehendit de claratio.

Et rationes aliquot.

B B 4

ueret vinis pietate ac doctrinâ insignibus, Superioritas Ministrorum nihil ad eius conductit intentum, cum manifestum sit ad officium dictum tales non solitos adhiberi, quod & illi non honorificum, sed in honorum prorius aestimarent, Deinde. Ministri iurisdictionem ordinariam non habent, sed neque delegatam, quæ determinata ratione officij sit, ut bene obseruat P. Suarez Tomo. 2. de Religione Lib. 6. de Voto, Cap. 7. num. 17. & Tomo 4. Tractatu 8. Lib. 2. Cap. 2. num. 2. & P. Thomas Sancius in Operi Morali Lib. 4. Cap. 33. num. 16. dicens non esse propriè Praelatos ob dictam rationem. Quod quidem ex prima eorum Regula satis est perpicuum, quæ sic habet: *Eius officium erit Prepositum, vel Rectorem iuare in ipsius genere, vel in particulari ei commendabili: nec dispensandi, aut mutandi, aut quidquam faciendi, nisi ex eiusdem prescripto, facultatem habeat.* Sic ergo. Quod ergo de casu referuato Congregatio statuit, non id est, quia iurisdictionem habeant; sed quia cum Præpositi, aut Rectoris loco iubant, ipsis, quorum auctoritate funguntur, irreuerentia grauis irrogatur. Pro quo videri potest Cardinalis Lugo Disput. 20 de Panitia, num. 54. Addi potest, à Congregatione eo ipso quod sic statut, graue præceptum imponi, seu Ministro ita respondeat: vnde non est argumentum jurisdictionis in illo. Pontifex autem in sua Constitutione Ministeriorum nomine officium Ministrorum nequaquam intellexit: si enim eos designare veller, facile ipsi erat, sicut alios suis expressit nominibus, ita & Ministros, quorum est notissimum munus, expressisse: vnde ex tenore Constitutionis id potius quod intendunt, deducendum venit. Ministeriorum ergo nomine officia intelligenda, quæ Operari possunt Euangelicam conuenire, dum eorum aliquis Missionum Superior cum potestate Rectoris, sicut non eo vtatur nomine, constituitur. Ut Superior Missionis Hollandicæ, de quo in Congregatione 8. Decreto 51. Non ita Superior prima Residentia Missionum de quo ibidem: nis ille aliarum Superior sit, vt in Missionibus Paraquariis: in quibus tamen qui Superior est, nullius particularis Superior sit oportet, vt omnes possint sine defectu in proprio visitare. Ex quibus quid de Officialibus aliis, Ministro inferioribus, sit dicendum satis constat.

§. VII.

De Magistris Nouitiorum.

76 E Xcipliunt isti à communi lege verbis illis: *Exceptis Magistris Nouitiorum.* Et quidem quando Magistri huiusmodi Rectores Domorum Probationis non sunt, sed Rectori subiecti curam istam exercent, indubitabile erat, etiam nulla adhiberetur exceptio, non esse Constitutionis verbis comprehensos: cum perspicuum sit Superioris non esse, nec iurisdictione gaudere, licet quadam ipsis præminentia concedantur, vt videri potest in eorum Regulis. §. 5. 6. & 7. & quod §. 7. dicitur de ordinariâ potestate abfoluendi Nouitios à casibus reseruatis, nihil obstat, nam ibidem sic additur:

Potestis abfoluendi & referu-

Ministra regula.

Car eis dicere. Nolo facere, se casus re seruatus.

Ministeriorum nomi ne quid Pontifex intellexerit.

*Nisi eius Superiori hac facultas aliqua de causa restringenda videatur. Ex quo appetit iurisdic-
tione non esse ordinariam in eo sensu,
quo Ordinaria iurisdictione in Iure sumitur, prout
scilicet contra delegatum distinguuntur, & abfo-*

do ordinaria in illis

*lute Superiori constituit: cum ita pro arbitrio
Superioris limitari possit: sed Ordinaria dicitur,
id est, ordinariè conueniens, vel semper, aut fe-
rè semper. Et licet limitatio illa non adderetur,
idem nihilominus esset dicendum; quia Instruc-*

toria

respectu eorum, qui annum tertium Probatio-

nis agunt,

vt constat ex Instruzione pro ipsis

Cap. 3. §. 10.

Instructorem

tamen non esse

Superior.

*Que de
Instructore
Probatio-*

nis 3. qui

*tamen non
Superior.*

triennalem Praefituram Magister Nouitiorum constituitur, non posse dici in officio Magistri prosequi.

78 Dico secundò. Etiam si triennum in aliо officio non fuerit impletum, nequit munus Magistri Nouitiorum assumi, nisi pro spatio, quo posset triennum integrari. Hoc est contra interpretationem, quæ aliquibus & quidem non indoctis placuit, nec videtur improbabilis. Nam de eo, qui triennum explet modo dicto, dici potest quod in officio Magistri prosequatur: atqui hoc iuxta Pontificiam exceptionem licet, sicut & juxta Declarationem adductam. Cumque alia fauor sit, & pro Religione faciat, merito est, juxta dicta sibi, ampliandum. Nihilominus contrarium est tenendum & practicandum, quia sic videtur esse Pontificis mens, ex cuius id verbi etiam comprobatur. Nam de eo, qui triennum sic explet, nequit dici in officio Magistri per triennum perdurasse, & nihilominus posse in eo prosequi: cum tamen Pontifex de triennio Nouitiatûs jam decurso loquatur. Itaque Pontifex de aliis Superioribus loquens triennum præfigit: exceptionem autem Magistri interponit, plenè indicans triennum in officio exactum illi non obstar: obstarbit ergo quod in alio fuerit officio tempus insumpsum.

79 Dico tertio. Magister Nouitiorum exacto triennio nequit ad aliud officium Superioris ex numeratis assumi. Sic R. P. Generalis supra ita dicens: *Nequit esse Provincialis, nec Superior alterius Domini, aut Collegi: quia hoc priuilegium solummodo conceditur Magistro Nouitiorum, ut posset in eodem officio prosequi, non ut posset aliud distinctum habere.* Sic ille; qui id potest ex concessione ipsa colligere, iuxta supplicationem pro gratia illa sua Sanctitati propolitam. Patres enim Congregationis valde conueniens iudicarunt vt Magistri Nouitiorum in officio suo diutius permanerent: de eo autem quod post officium dictum ad aliud promoueri possent, nullâ ratione curarunt. Et Pontifex quidem in exceptione prædicta non solum rei conuenientiam attendit, sed Clementis VIII. vestigiis institit, qui triennum etiam Superioribus assignans & annuam vacationem, Magistros Nouitiorum excepit, vt constat ex Decreto 64. Congregat. 5. in quo sic habetur: *ut Provinciales atque Rectores, exceptis qui sunt in Domibus Nouitiorum, non durent ultra triennium, sed vacent sicut per annum, in quo obediant, sicut certi.* Sic illa, ex cuius verbis mens etiam Innocentij coniicitur; vt scilicet Magistri Nouitiorum in officio durare possint: ergo circa officia alia nihil industrum. Quod sic etiam praticatum.

80 Nihilominus viri docti aliter censurunt, quod & probabile videtur. Et pro eo facit, duo à Pontifice in sua Constitutione decerni, quod scilicet Superiorum officia vident per triennium, & ad nulla alia possint promoueri. His exceptionem Magistrorum interferit; ex quo videtur ad vrumque referendum. Quod enim ad prius illud de triennio referri debat, indubitatum est: & quod etiam ad posterius, ex eo ostenditur, quia nulla est adiecta particula taxativa: nec non quia clausula antecedens ad sequentia etiam trahi debet, præsertim cum de fauore agitur, vt in præsentis; iuxta multorum Declaratio

*Clausulam
antece-
denter ad se-
quentia
trahi.*

doctrinam apud P. Thomam Sancium Lib. 6. de Matrimonio Disput. 22. num. 17. licet explicatio, quam ipse adhibet num. 19. non videatur instituto præsenti quadrare: quod scilicet tunc ea doctrina currat, cum omnia determinabilia una determinatio respicit, in quibus ratio est similis. Alij tamen Doctores eam generaliter amplectuntur; & in casu de quo ibi, probatio occurrit, in quo non est omnino ratio similis: & verò licet in casu nostro specialis videatur esse ratio ut triennium Magistri proerogetur, non ita vt ad aliud promoueri officium possit: est tamen congrua alia, quam Clemens VIII. verbis adductis indicavit: *Vacent per annum, in quo obediant sicut Ex Cle-
m. VIII.
Ex quibus appetet Superioribus vacatio-
nem annuam indictam, vt obedientia exercitum
non dedit: quod in Magistris Nouitiorum
non est suspicibile, qui virtus probatissima cum
fint, & obedientiam in Nouitis tantopere radicale contendat, eo non videntur exercitio a-
liorum instar indigere. Præterquam quodd officium tale valde est laboriosum, & plus oneris quam honoris habens, vnde impedimentum non debet præstare quo minus eo perfuncti ad aliud possint honorificum promoueri. Est ergo hoc probabile, si R. P. Generali sic practicandum videatur: dum tamen aliud statuit, illius est standum Ordinationi, quandoquidem pro præsi-
test id, quod sibi conueniens vixit fuerit, ordi-
nare. Ex Congregat. 4. Decreto 19.*

81 Dico quarto. Magister Nouitiorum in vna Domo, potest in alia ultra triennium prosequi. Colligitur ex declaratione adductâ R. P. Generalis: quia talis verè dicitur prosequi officium, & quod in vna, aut diuersis, Domibus sit, valde materialiter se habet. Potest etiam in hoc specialis congruentia occurrere ad bonum Societas, quam cum etiam Pontifex in exceptione dicta attendat, sic est eius interpretanda voluntas verbi eiusdem omnino conformis, sicut & verba voluntati. Vident, inquit, Superioris post triennium, exceptis Magistris Nouitiorum: ergo illi prosequi possunt in Domo quavis, cum indifferenter loquatur Constitutio, & vbi illa non distinguit, nec nos distingue debemus. Vnde non solum Magistri tales possunt post triennium in alia Domo esse quod in priori, sed etiam post sexennium, & ultra. Et in officio, si nihil alias obster, usque ad mortem perdurare.

§. VIII.

*De sequi annua vacatione Superiorum.
Vbi varie difficultates circa illam.*

82 A Nnum cum dimidio post triennium in Praelaturâ exactum ante promotionem vacan-
nem ad officium ex enumeratis iniocabiliter elati-
plorum Constitutio decernit verbis illis: *Ipsique
ad alia quevis eiusdem Societatis munera, Superiori-
tates, Ministeria, Administrations, & officia præ-
dicta quomodolibet nuncupata, etiam Vice Provincia-
lis, seu Vice-Prepositi, vel Vice-Rectoris, nullatenus
eligi, seu assumi, vel depatari volumus, nisi per an-
num cum dimidio sicut per annum, fine triennij computan-
dum, à prædictis muneribus &c. cesseraverint. Vbi Difficul-
tates varie potest Primus, An qui triennium non ex-
plete,*